Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Cum A Spectabili Domino Pro-Cancellario Viro Magnifico, Nobilissimo atq[ue] Excellentissimo Dn. Joh. Friderico Rhetio, ICto Famigeratissimo ... Facultatis Iuridicae Ordinario, Decano ... Dn. Heinricus Iulius Garssen, I. U. Doctorandus, D. XXV. Novembr. M DC LXXXI. Publice Doctoris In Utroq[ue] Iure titulo insignietur, Faustis hisce Acclamationibus benevolentiam suam contestari voluerunt. Patronorum Et Fautorum Primarii

Francofurti cis Viadrum: Zeitlerus, 1681

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794174930

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn794174930/phys_0001
DFG

K. K — 2 (41.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn794174930/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn794174930/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn794174930/phys_0004
DFG

Cum
A SPECTABILI DOMINO
PRO-CANCELLARIO
VIRO
Magnifico, Nobiliſſimo atq; Excellentiſſimo
DN. JOH. FRIDERICO RHETIO,
JCTO FAMIGERATISSIMO, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO, FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, DECANO, DECRETAL. & JURIS PUBLICI PROFESSORE CELEBERRIMO,
DN. HEINRICUS JULIUS GARSSEN,
J. U. DOCTORANDUS,
D. XXV. Novembr. M DC LXXXI.
Publicè
DOCTORIS
In Utroq; Jure titulo inſignietur,
Fauſtis hiſce Acclamationibus benevolentiam ſuam contestari voluerunt
PATRONORUM ET FAUTORUM PRIMARII.

Francofurti cis Viadrum,
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794174930/phys_0005
DFG

Ad Nobiliſſimum & Clariſſimum Dnum Candidatum ſuum.

QVid non proſit Amor Legum? Si canduit intus,
Invia virtuti non erit ulla via.
Utile carpis iter, dum ſervantiſſimus æqui
Atq; boni, ut par eſt, inter utrumq; tenes.
Non igitur deſunt, quamvis ſudoribus empta,
Præmia, mox aliis multiplicanda bonis.

f.

JOHANNES FRID. RHETIUS,
Conſil. Elect. Brand. Ord. Fac. Jurid. & Prof. Ordin.

GLoria Virtutem comitatur, corpus ut umbra:
Artem quin etiam condecorare ſolet,

 Hinc

Hinc meritò Tibi Juris Honos, Clariſſime Garſ-
ſen,
Confertur ſummus: quod bene cedat opus!

Novis honoribus Conſultisſimi Dni. Candidati ita applaudere voluit

Joh. Rieſzelmann D.
Fac. Theol. h. t. Decanus.

NEmo ſibi ſoli natus, cui vivere debet,
Sed ſervire homini convenit, atq; DEO.
Cui permulta quidem placuit didiciſſe, nec ulli
Utilis eſt, ille eſt vix reputandus homo.
Talis non audit, qui ſplendida Jura Themiſtis
Callet, hic ipſe aliis utilis, atq; ſibi.
Sic aliis ſervit, dum reddere Jura laborat,
Quæ forſan preſſi perdere Jura queunt.
Præcavet ille, quoad valet, omnia damna, vel iſta
Amovet, aut etiam reſtituiſſe jubet.
Hæc ſtudiis operam navans, CLARISSIME GARSSEN,
Non oblitus eras, optima & inde facis.
Utilis es Tibimet, nam ſic capis illa Brabea,
Queis meritos meritô Jura beare ſolent.

Utili

Utilis es multis juſto ſanctoq; labore,
Dum fauſtè injuſtis eripis innocuos,
Ut facias porro hoc, addit Tibi Gloria calcar,
Ut noris natum Te Tibi, natum aliis.

Conſultisſimo Dn. D. Garſſen,
ita gratul.

SAMUEL STRYKIUS, D.

SUcceſſu tanto ſtudiorum lætor Amici,
Ut ſumma conſeqvutus inde præmia.
Iſthæc, GARSSENI meritò jam grator, honorum
Et plurimorum ſint, precor, feracia,

Prolixo animo hæc
paucula

MARCVS RHODE,
J.U.D. & P.P. Ordin.

MOlli GARSSENIUM lævâ Themis alma prehendens,
Dextrâ illi imponit ſplendida ſerta manu.

Et Cape, *mi Fili*, ſtudii nunc præmia gnavi,
Nunc, ait hoc munus *Vir* cape *Clare* meum.
Applaudunt Viadri Muſæ, *Salveq́ novelle*,
Acclamant, *Doctor*. Concino: *Vive, Vale!*

Honori Jure Conſultisſimi Dni. Doctoris,
Fautoris ſui honoratisſimi,
ſcrib.

JRENÆUS VEHR, D.
& P.P. Ord. Fac. Med. Senior &
h. t. Decanus.

SIt felix, ſit fauſta Tibi quæ Te decorabit
Sublimis Themidos laurea nexa comis.

V.

BERNHARDUS ALBINUS,
Med. Doct. & Prof. Ordin.

---

*GARSEN. *Anagr.* REGNAS.

QUæ Tibi contribuam, DOCTOR CLARISSIME, vota?
Quæ laudi potero jungere verba Tuæ?

Nam

Nam * REGNAS; Proprium beat hoc Te culmine Nomen:
Quid REGNO potius, dulcius ecquid erit?
Næ REGNAS: Nam Sacra Tibi Themis addita Conjux
Res Hominum, Cœtus, REGNAq́; Sola gerit.
Optatum REGIMEN, paritur quod Conjuge tanta!
Felicem tanto Dotis honore Virum!
Sic REGNES porro, ſic celſis additus olim
Cœlitibus teneas REGNA beata Poli.

Honori Præcell. & Conſultiſſ. Dn. Doctoris f.

J. C. BECMANUS, D.
Polit. ac Hiſtor. Prof. Ord.

I*Nſula* GARSSENIO *Doctura quàm ſedet aptè!*
Jugis proſperitas augeat hocce decus.
F.
GODOFREDUS VALANDUS,
Prof. Ordin.

BEglückter Themis Sohn/ ſo muß Er nun erlangen/
Das/ was ein Sterblicher alhier zu wünſchen hat:
Sein

Sein tieff erhitztre Geiſt wil nur mit Purpur prangen/
Wann Er durch Tugend Gunſt trifft auff den Ehren=Pfad:
So iſt der Zweck erreicht: Ich wünſche tauſend Seegen/
Den Ihm des Höchſten Macht vergnüget mag beylegen.

Dieſes ſetzte ſchuldig bey

Samuel Carpzov/

Hall. Sax.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn794174930/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn794174930/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794174930/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn794174930/phys_0016
DFG

Sei[illegible]itztre Geiſt wil nur mit Purpur prangen/
[illegible]r durch Tugend Gunſt trifft auff den Ehren-Pfad:
So [illegible]eck erreicht: Ich wünſche tauſend Seegen/
[illegible]n des Höchſten Macht vergnüget mag beylegen.

Dieſes ſetzte ſchuldig bey

Samuel Carpzov/
Hall. Sax.